



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Theoderici Regis Qvondam Ostrogothorum & Italiae

Cochlaeus, Johannes

Ingolstadii, 1544

VD16 C 4410

De Ivstitiae Vigore Et legu[m] obseruatione sub Rege Theo. Cap XI.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb00004354-8

Qui uolet, plura legat in Cassiodori Epistolis, Equibus cognoscet, quantam ubiq; suis Officialibus iniunxerit, aut approbatis tribuerit morum integritatem & honesti studiū, siue in Palatio regis, siue in senatu, aut in urbe Romana siue in proiuncijs, suae functionis assecuti essent dignitatē. Quare nemo de optimo Reipub. statu qui sub isto floruit rege, dubitare iure poterit, qui tantam eius in deligendis magistratibus curā, diligentiaque et integritatis iudiciū expēderit.

*DE IUSTITIAE VIGORE ET
legū obseruatione sub Rege Theo. Cap XI.*

Quātam iusticiae rationem legumq; reuerentiam ubiq; custodierit Rex iste, ex diuersis eius rescriptis facile colligitur. Non pepercit consanguineis, nō Magistratibus quātumuis sublimibus, non senatoribus & Patitijs, nō quibuslibet officialibus, quicunq; à iusticiae tramite per humanos affectus declinare uisi fuissent. Nos ex multis pauca hic recitabimus iusticiae illius exempla quae imitari dignū sit bonos principes.

Qualis esse debet Ad uocatus fisci.
Etenim Marcello, quem Fiscus sui Aduocatum constituebat, inter caetera sic scripsit. Polisti (inquit) forensi cote multipharie praedicatus ingenium, nutristi facundiam exercitatione causarum, expertus es quā suaves fides afferat fructus, ut etiam ipsa conciliet corda regnantium. Haec in te speculator uirtutum noster sensus inspexit, his apud nos suffragijs placere meruisti, ut dignus existeres ad publicas causas, qui gessisti hactenus sub integritate priuatas. Sume igitur Fiscus nostri tuenda negocia, in utēdis Officij tui priuilegijs, decesforum exempla secuturus. Ita ergo per medium iusticiae tramitem moderatus incede, ut nec calumniā innocētes graues, nec iusti

nec iusti petitionibus retentatores exoneret. Illa enim ultra
lucra iudicamus, quæ integritate suffragante percipimus.
Non ergo quoties superes, sed quemadmodum uincas inquit
ramus. Aequitatem nobis placiturus intende. Non quaras
de potestate nostra, sed potius de iure Victorias. Quando lau
dabilis à parte fisci perditur, cum iusticia non habetur. Nam
si dominus uincat, oppressionis inuidia est. Aequitas uero
credetur, si supplicem superare contingat. Non ergo paruo pe
riculo causas dicimus, quando tunc fama nostra proficit, cum
se comoditas iniusta subducit. Quapropter sit inter dum caus
sa mala fisci, ut bonus princeps esse uideatur. Maiori quippe
compendio perdimus, quam si nobis indebite uictoria sus
fragetur.

Inter senatores quoque per omnia saluam uoluit esse iustis
tiam, quantumuis magno eos honore multisque propter sena
toriam dignitatem priuilegijs decorauerat, sicut ex proxime
sequenti patet rescripto. In quo Celiano & Agapito uiris Ill
lustribus & Patritijs in hanc formam scripsit. Decet quippe re
galis apicis curam, generalitatis custodire concordiam, quo
nia ad laudem Regnantis trahitur, si ab omnibus pax ametur,
Quid est enim quod nos melius prædicet, quam quietus po
pulus, concors senatus, totaque Respub. mortum nostrorum
honestate uestita. Hinc est, quod præsentis iussione decreui
mus, ut Patritij atque Magnifici uiri, Festus atque Symmachus,
contra Illustrem & Patritium Paulinum, in iudicio uestro,
quas se habere dicunt, exerant actiones. Quibus pro legum
ratione susceptis, & si iuris ordo patitur, desinitis, tunc Pa
tritus Paulinus, quicquid aduersum supra memoratos mag
nificos uiros se habere causatur, pari sorte depromat.

Quinetiam Consanguineum suum Theodohadum, qui
post nepotis sui obitum factus fuit Rex per Amalafuitbam
eius filiam, quodam rescripto ad legum iustitiam serio admonuit

in hac

Iudicij cau
sis senatorum

Reprehensio Theodo
hadi propter
ter avaritiam

in hæc uerba, inter cæteras, quibus humanū genus sollicita-
tur, illecebras, præcipue uitanda est alienarum rerum turpis
ambitio, quia immensum iactata rapitur, si iustitiæ ponderi-
bus nō prematur. Auaritiam siquidē radicem esse omnium
malorum & lectio diuina testatur. Quæ tali sorte punita est
ut cū multa rapiat, semper egeat, Domitius itaq; uir specta-
bilis, data uobis supplicatione, conquestus est, possessiones
iuris sui, id est, Illā atq; illam, ab hominibus uestris, neglectis
legibus, fuisse peruasas, Dū ciuilitate oportuerit recipi, si iure
uideatur exposci, sed quia de uobis non patimur diutius obs-
seura iactari, qui generis claritate fulgetis, præsentis authori-
tate censemus, ut imminente Guda Saione nostro, si momē-
ti tempora suffragantur, occupata nuper cum omnibus quæ
direpta sunt, supplicati faciat sine aliqua dilatione restitui.
Et siquid partibus uestris de legibus creditis posse cōpetere,
Instructam personam ad nostrum Comitatum destinare uos
conuenit, ut intentionibus partium sub æquitate discussis
feratur sententiā, quā iuris dicat autoritas. Hæc ad Theodosi-
hadum Amalæ gentis Illustrem uirum.

Mandatum
Regis con-
tra iniusti-
tiā præfecti
Prætorio.

Sed nec Fausto, præfecto prætorio, qui potestatis suæ am-
plitudine elatus, alteri iniuriā facere præsumebat, pepercit,
Scripsit itaq; Grimodæ Saiani, et Ferrocincto Apparitori, in
hæc uerba, inter gloriosas Reipub. curas, quas perpeti cogi-
tatione, Deo auxiliante, reuoluimus, cordi nostro leuamen
est humilium, ut contra potentiam superbiorum nostræ pie-
tatis erigamus obstaculum. Nec liceat quicq; apud nos auda-
datiæ, cuius est propositi, superba calcare. Castorij igitur fle-
bili calamitate permoti, quem exitialis hæcenus diuersorum
pressit inuidia, occasionem præbuit salutaribus institutis, ut
plus ualeret nostræ pietatis auxilium, quam iniqua calliditas
improborū. Atq; ideo præsentis autoritate decernimus, Ut si
præfatus uir magnificus, Faustus, ea quæ Castorius possi-
debat

debat, uel titulis ingrauari, uel priuata usurpatione detinuit
mox ei prædium, cum alio eiusdem meriti, uobis imminenti-
bus, à peruafore reddatur, ut crudelibus damnis afflictio, pie-
tatis nostræ remedio consulamus. Quod si posthac qualibet
occasione sæpe memoratum Castoriū natus ille artifex nos-
cere tentauerit, Quinquaginta librarū Auri multa protinus
feriatur, sitq; maior cruciatibus poena, respicere illæsum quē
uidere desyderauit afflictum. Et factum, quod cunctas pro-
tinus tēperet accorrigat potestates. Prætorij præfectus bac-
chari non est in humilis læsione permissus, Et cui à nobis as-
surgitur officendi potestas miseris abrogatur. Hinc omnes
intelligant, quo amore delectamur æquitatis, ut & potentiā
nostrorū iudicium uelimus imminuere, quatenus bona cō-
scientiæ possimus augere.

Sunt & alia immunera eiusdē Regis pro iustitiæ & æqui-
tatis obseruatione rescripta. In quibus uoluit proprijs quoq;
commodis dispendium fieri potius, quam ut legum tenore et
uigor in nullo deberet in obliquum à uia recta & regia detor-
queri, sed hæc exempli gratia sufficiant.

*DE SALVTARI Prouinci-
rum gubernatione & publica subiectorum
utilitate Cap. XII.*

Quam diligenter prouiderit Rex iste commoditatibus
ubiq; suorum tum in Italia tum in alijs prouincijs sub-
iectorū, ex multis supra recitatis eius Epistolis & rescriptis
facile cognoscitur, ut tamen manifestius id unicuiq; pateat,
libet alia quædam ea de re subijcere exempla, quæ uideantur
imitatione & laude digna.

Sic ergo scripsit uniuersis Prouincialibus Galliarum, quas
Kk recens